

THIERRY ZE CHARTRES

*Tractatus  
de sex dierum operibus*

*O stvoření světa*

Překlad, úvod a poznámky  
Lenka Karfíková

PRAHA  
2000

## Tractatus de sex dierum operibus

555 (1) De septem diebus et sex operum distinctionibus primam *Geneseos* partem secundum phisicam et ad litteram ego expositurus, inprimis de intentione auctoris et de libri utilitate pauca premitam. Postea uero ad sensum littere hystorialem exponendum ueniam ut et allegoricam et moralem lectionem que a sanctis doctoribus aperte execute sunt ex toto pretermittam.

Intentio igitur Moysi in hoc opere fuit ostendere rerum creationes et hominum generationem factam esse ab uno solo deo cui soli cultus et reuerentia debetur. Utilitas uero huius libri est cognitio dei ex facturis suis cui soli cultus religionis exhibendus est.

Titulus libri talis est: *Incipit Genesis* i. e. liber de rerum generatione siue creatione a primordiis suis sic nominatus sicut euangelium Matthei a prima parte sua *Liber generationis Iesu Christi* nominatur.

(2) „In principio creauit deus celum et terram“ et cetera. Causas ex quibus habeat mundus existere et temporum ordinem in quibus idem mundus conditus et ornatus est rationabiliter ostendit. Prius igitur de causis deinde de ordine temporum dicamus.

Mundane igitur substantie cause sunt quatuor: efficiens ut deus formalis ut dei sapientia finalis ut eiusdem benignitas materialis quatuor elementa.

Necesse est enim quia mutabilia et caduca sunt mundana eadem habere auctorem. Quia uero rationabiliter et quodam ordine pulcherrimo disposita sunt secundum sapientiam illa esse creata necesse est. Quoniam autem ipse creator iuxta ueram rationem nullo indiget sed in semet ipso summum bonum et sufficientiam habet oportet ut ea  
556 que creat ex sola benignitate et caritate creet ut scilicet habeat qui-

## O stvoření světa<sup>1</sup>

### *Rozvrh a záměr spisu*

(1) Mám-li podat přírodovědný a doslovný výklad<sup>2</sup> začátku knihy *Genesis* o sedmi dnech stvoření a jejich šesti rozličných dílech, předešlu nejdříve stručnou zmínku o úmyslu jejího autora a užitečnosti této knihy.<sup>3</sup> Poté přejdu k výkladu historického smyslu textu, kdežto alegorické a morální čtení, které již dosti jasně představili svatí učitelé, ponechám úplně stranou.<sup>4</sup>

Mojžíšovým záměrem v tomto díle bylo ukázat, že stvoření jednotlivých věcí a zrození člověka pochází od jednoho Boha, jemuž jedinému náleží bohoslužba a úcta. Užitek jeho knihy pak spočívá v tom, poznat na základě Božích děl Boha, jemuž jedinému se sluší prokazovat náboženské uctívání (srv. Ř 1,20).

Název této knihy zní: *Začíná kniha Genesis*, tj. kniha o zrození či stvoření věcí, pojmenovaná tak podle svého začátku, právě tak jako se Matoušovo evangelium podle svých úvodních slov nazývá *Kniha o zrození Ježíše Krista* (srv. Mt 1,1).

### *Čtyři příčiny světa*

(2) „Na počátku stvořil Bůh nebe a zemi“ atd. (*Gn* 1,1). Zde autor způsobem přístupným rozumu ukazuje příčiny, na jejichž základě svět existuje, a časovou posloupnost, v níž byl svět založen a vyzdoben. Napřed se tedy zmiňme o příčinách, potom o časové posloupnosti:

Substance světa má čtyři příčiny: působící je Bůh, formální Boží moudrost, cílovou jeho dobrota a materiální čtyři prvky.<sup>5</sup>

Vzhledem k tomu, že věci tohoto světa jsou proměnné a pomíjivé, nepochybně mají nějakého původce. Protože jsou však rozvrženy rozumně a podle jakéhosi překrásného řádu, jistě jsou stvořeny s moudrostí. Jelikož ale jejich tvůrce – jak lze platně argumentovat – nic nepotřebuje, nýbrž má sám v sobě svrchované dobro a dostatečnost, jistě to, co tvoří, tvoří z pouhé dobroty a lásky, totiž proto, aby mohl s někým na způsob lásky sdílet svou blaženost.

bus beatitudinem suam more caritatis participet. Quia uero omnis ordinatio inordinatis adhibetur oportuit aliquid inordinatum prece- dere ut eidem ordo secundum sapientiam adhiberetur ac, sic dispo- nendo inordinata, sapientia creatoris uel parum scientibus appareret.

Si quis igitur subtiliter consideret mundi fabricam, efficientem ipsius causam deum esse cognoscet formalem uero dei sapientiam finalem eiusdem benignitatem materialem uero quatuor elementa que et ipse creator „in principio“ de nichilo „creauit“.

(3) Hanc distinctionem causarum Moyses in libro apertissime declarat. Nam cum dicit „in principio creauit deus celum et terram“ ostendit efficientem causam: scilicet deum.

Ostendit etiam materialem scilicet quatuor elementa que nomine celi et terre appellat. Et ipsa eadem a deo esse creata approbat cum dicit „in principio creauit deus celum et terram“ et cetera.

Ubicumque uero dicit „dixit deus“ et cetera ibidem notat formalem causam que est dei sapientia quia ipsius auctoris dicere nichil est aliud quam in coeterna sibi sapientia future rei formam dis- ponere.

Ubicumque uero dicit „uidit deus quod esset bonum“ et cetera ibidem notat finalem causam que est ipsius creatoris benignitas. Nam per uisionem dilectio et benignitas aliquando designatur sicut in prouerbio dicitur: ubi amor ibi est oculus. Nam eius conditoris uidere quod aliquid bonum creatum sit nichil est aliud quam id ipsum quod creauit ei placere in eadem benignitate ex qua creauit.

In materia igitur que est quatuor elementa operatur summa Tri- nitas ipsam materiam creando in hoc quod est efficiens causa: crea- tam informando et disponendo in eo quod est formalis causa: infor- matam et dispositam diligendo et gubernando in eo quod est finalis causa.

557 Nam Pater est efficiens causa Filius uero formalis Spiritus san- ctus finalis quatuor uero elementa materialis. Ex quibus quatuor causis uniuersa corporea substantia habet subsistere.

Každé uspořádaní se však týká něčeho neuspořádaného, proto mu- selo předcházet něco neuspořádaného, čemu by byl moudře uložen řád, a tak se v rozvrhování neuspořádaného ukázala moudrost tvůr- ce všem, kdo o této věci aspoň trochu něco vědí.<sup>6</sup>

Pokud se tedy někdo blíže zamyslí nad výstavbou světa, pozná, že jeho působící příčinou je Bůh, formální příčinou Boží moudrost, cílovou jeho dobrota a materiální čtyři prvky, které sám tvůrce „na počátku stvořil“ z ničeho.<sup>7</sup>

(3) Toto rozlišení příčin Mojžíš ve své knize velmi jasně pro- vádí. Neboť když říká: „Na počátku stvořil Bůh nebe a zemi“, uka- zuje působící příčinu, Boha.

Zároveň však ukazuje i materiální příčinu, totiž čtyři prvky, které nazývá nebe a země. Dosvědčuje, že byly stvořeny od Boha, když říká: „Na počátku stvořil Bůh nebe a zemi“, atd.

Všude, kde uvádí: „Bůh řekl“ atd., upozorňuje na formální příči- nu, již je Boží moudrost, neboť že tvůrce „říká“, neznamená nic jiného, než že ve své moudrosti, věčné jako on sám, rozvrhuje for- mu budoucí věci.

Kde naopak říká: „Bůh viděl, že je to dobré“, atd. (Gn 1,1.10.12. 18.25.31), ukazuje cílovou příčinu, již je dobrota samého tvůrce. Viděním se totiž někdy označuje láska a dobrota, jako v přísloví: „Kam se obrací láska, obrací se i oko.“ Neboť jestliže tvůrce vidí, že něco je stvořeno dobré, znamená to, že se mu líbí, co stvořil, v téže dobrotě, z níž tvořil.

V látce, již jsou čtyři prvky, pracuje tedy svrchovaná Trojice, když tuto látku tvoří, neboť je působící příčinou; když stvořenou látku formuje a rozvrhuje, neboť je formální příčinou; když zfor- movanou a rozvrženou látku miluje a usměřňuje, neboť je cílovou příčinou.<sup>8</sup>

Otec je totiž působící příčina, Syn formální, Duch svatý cílová, čtyři prvky materiální. Tyto čtyři příčiny dávají každé tělesné sub- stanci její trvání.

(4) Nunc de ordine temporum dicamus. Et primum uidendum est quid sit dies naturalis. Dies naturalis est spacium in quo una celi integra conuersio ab ortu ad ortum perficitur. Dies item dicitur aeris illuminatio facta per ipsum celum a tenebris que nox appellantur perfecte diuisa. His duobus modis utitur hec sacra scriptura hoc uocabulo quod est „dies“.

Queritur etiam quomodo inter se dicta sanctorum concordent: hoc scilicet „qui uiuit in eternum creauit omnia simul“ et illud „sex diebus operatus est dominus“ et cetera. Sed sciendum est quod prior auctoritas de primordiali materia intelligenda est: sequens autem de distinctione formarum de qua deinceps secundum phisicam tractandum est.

(5) „In principio“ igitur „creauit deus celum et terram“ i. e. materiam in primo momento temporum „creauit“. Celo uero creato, quia summe leuitatis est et stare non potest et quia continet omnia, de loco ad locum in antea progredi non potuit: idcirco ab ipso primo momento sue creationis cepit circulariter conuerti ita ut ipsa prima conuersio integre perfecta esset in spacio. Quod prima „dies“ appellatum est.

(6) In ipsa uero prima conuersione celi superius elementum i. e. ignis illuminauit superiora inferioris elementi i. e. aeris. Nam hec natura est celestis ignis ut sua conuersione illuminet aera: mediante uero aere calefaciat aquea atque terrena.

Due etenim, ut aiunt philosophi, sunt uirtutes ignis: altera splendor altera uero calor. Splendorem in aere naturaliter ignis efficit. Calorem uero in aqueis atque terrenis exercet. Nam calor uirtus est ignis diuisiua solidorum. Si uero calor in aere sentitur hoc contingit ex eo quod est ipse aer ex inferioribus elementis spissatus.

In prima igitur die „creauit deus“ materiam et lucem i. e. illuminationem ex superioris elementi i. e. ignis prima conuersione in ipso aere innatam. Et hoc fuit opus quod in prima die factum est.

(7) Aere uero ex superioris elementi uirtute illuminato, conuebatur naturaliter ut, ipsius aeris illuminatione mediante, calefaceret ignis tercium elementum i. e. aquam et calefaciendo suspenderet uaporaliter super aera.

Est enim natura caloris aquam in minutissimas guttas diuidere et eas minutas uirtute sui motus super aera eleuare sicut in fumo caldarum appareret: sicut etiam in nubibus celi manifestum est. Nubes enim siue fumus nichil est aliud quam guttarum aque minutissimarum congeries per uirtutem caloris in aera eleuata. Sed si uirtus caloris uehementior fuerit, tota illa congeries in purum aera transit: si autem debilior tunc nimirum gutte ille minutissime semet inuicem incurrentes grossiores guttas faciunt: et inde pluuiam. Quod si minute ille gutte uento constrictae fuerint inde nix: si uero grosse inde grandis.

(4) Nyní přejdeme k časové posloupnosti. Napřed je třeba se podívat, co je přirozený den. Přirozený den je interval, v němž probíhá jeden úplný obrat nebe od východu k východu. Dnem se rovněž nazývá prosvícení vzduchu z nebe, zcela oddělené od tmy, která se jmenuje noc. V obojím významu zde Písmo užívá slova „den“.

Rovněž se klade otázka, jak se spolu shodují slova svatých Písem: „Ten, který žije navěky, stvořil všechno zároveň“ (Sír 18,1), a jinde: „Šest dní Hospodin tvořil“, atd. (Ex 20,11). Je však nutné si uvědomit, že první výrok je třeba vztáhnout k prvotní látce, druhý k rozlišení forem, o němž chceme vzápětí pojednat podle přírodovědného významu.<sup>9</sup>

*První den* (5) „Na počátku tedy stvořil Bůh nebe a zemi“, tj. v prvním okamžiku času stvořil látku. Nebe je nesmírně lehké a nemůže postát a zároveň všechno obsahuje, proto se nemohlo pohybovat z místa na místo směrem kupředu. Jakmile tedy bylo stvořeno, začalo se od prvního okamžiku otáčet dokola, až se poprvé v prostoru úplně otočilo. To se v Písmu nazývá první „den“ (Gn 1,5).

(6) Při tomto prvním otočení nebe výše položený prvek, tj. oheň, prozářil vyšší část níže položeného prvku, tj. vzduchu. Patří totiž k povaze nebeského ohně, aby svým otáčením prozařoval vzduch; skrze vzduch pak ohřívá to, co je z vody a ze země.

Oheň má podle filosofů dvojí sílu: září a teplo.<sup>10</sup> Září oheň přirozeně působí ve vzduchu, teplo vyvolává v tom, co je z vody a ze země. Teplo je totiž síla ohně, která se udílí pevným tělesům. Pociťujeme-li teplo ve vzduchu, pak proto, že je vzduch zahuštěn nižšími prvky.

Prvního dne tedy Bůh stvořil látku a světlo, tj. prozáření způsobené ve vzduchu prvním otočením výše položeného prvku, tj. ohně. To bylo dílo prvního dne.

*Druhý den* (7) Když byl vzduch prozářen silou výše položeného prvku, mělo to přirozeně za následek, že skrze toto prozáření vzduchu oheň zahřívá třetí prvek, tj. vodu, a zahříváním jí v podobě páry vyzdvihl nad vzduch.

Patří totiž k povaze tepla, že rozděluje vodu do velmi malých kapek a ty pak silou svého pohybu vyzvedá nad vzduch, jak můžeme pozorovat na páře v lázni nebo jak je to patrné na nebeských oblacích. Oblaka nebo pára nejsou totiž nic jiného než shluk malých kapek vody, vyzdvížený silou tepla do vzduchu. Pokud je snad síla tepla intenzivnější, celý shluk se promění v pouhý vzduch. Pokud je však slabší, malé kapky se navzájem spojí do větších kapek, a tak vzniká déšť.<sup>11</sup> Pokud snad malé kapky zmrznou vlivem větru, vzniká sníh, pokud zmrznou větší kapky, vznikají kroupy.

(8) Magnitudo igitur aquarum labilium que nimirum usque ad regionem lune in principio ascendebat ita per calorem super summum etheris suspensa est ut statim in secunda celi conuersione ita contingeret quod secundum elementum i. e. aer esset medium inter aquam labilem et aquam uaporaliter suspensam.

Et hoc est quod dicit auctor: et posuit „firmamentum in medio aquarum“. Et tunc aer aptus fuit ut „firmamentum“ appellaretur quasi firme sustinens superiorem aquam et inferiorem continens: utramque ab altera intransgressibiliter determinans.

Uel potius „firmamentum“ dicitur aer eo quod terram leuitate sua ex omni parte firme coherceat et in hanc duriciam conglobet. Est enim ista reciprocatio inter terre duriciem et aeris leuitatem ut durities terre ex circumstrictione leuis aeris proueniat: leuitas uero aeris atque mobilitas ex eo quod terre stabilitati innititur habet substantiam.

559 Sic igitur prima conuersio ignis illuminauit aera. Et spacium illius conuersionis fuit prima dies. Ita eiusdem ignis secunda conuersio mediante aere calefecit aquam et posuit firmamentum inter aquam et aquam. Et illius conuersionis spacium secunda „dies“ appellatum est.

(9) At uero, aqua super aerem uaporaliter suspensa, ordo naturalis exigebat ut, labili aqua diminuta, appareret terra: non continua sed secundum quandam similitudinem insularum. Quod multis modis probari potest.

Nam ex caldario quanto maior fumus ascendit tanto aqua que in ipso continetur minoratur. Similiter si super mensam aliquam superficies aque continetur et postea ignis illi continue aque superponatur, statim contingit ut per superpositum calorem superficies illa aque attenuetur et in ipsa superficie quedam macule aride appareant, aqua in quibusdam locis contracta et congregata.

Sic igitur aer inter utramque aquam positus ac per hoc maiori calore agitatus terciam conuersionem integram fecit et in ipsa conuersione terram insulis quibusdam circumquaue distinxit.

(10) In eadem etiam conuersione continebat ut ex superioris aeris calore inmixto humori terre ex aquis nuper discooperte – ut ex his inquam duobus ipsa terra conciperet uim producendi herbas atque arbores. Que uis ex calore celi naturaliter procedit in terram ex aquis nuper discoopertam. Et huius quidem tercie conuersionis spacium tercia „dies“ appellatum est.

(8) Množství tekutých vod, které na počátku sahaly až do oblasti Měsíce, bylo tak vlivem tepla vyzdviženo až nad nejvyšší éter, a tak se hned při druhém obratu nebe stalo, že se druhý prvek, vzduch, dostal mezi tekutou vodu a vodu proměněnou v páru.

Proto autor říká: položil „klenbu uprostřed vod“ (Gn 1,6 n.). Vzduch mohl být nazván „klenbou“, neboť pevně podpíral horní vody a obkružoval spodní, a tak jedny od druhých neprostupně odděloval.<sup>12</sup>

Nebo se spíš vzduch nazývá „klenbou“ proto, že svou lehkostí zemi ze všech stran pevně obepíná a stlačuje v její tvrdost. Mezi tvrdostí země a lehkostí vzduchu existuje vzájemná souvislost: tvrdost země má totiž původ v tom, že ji obklopuje lehký vzduch, lehkost a pohyblivost vzduchu se zakládá na tom, že se opírá o stálost země.<sup>13</sup>

Tak tedy první oběh ohně prosvítil vzduch. A interval jeho oběhu byl první den. Podobně druhý oběh ohně prostřednictvím vzduchu ohřál vodu a položil klenbu mezi obojí vody. A interval tohoto oběhu se nazývá druhý „den“ (Gn 1,8).

*Třetí den* (9) Když ovšem voda v podobě páry vystoupila nad vzduch, přirozený pořádek žádal, aby se snížením stavu tekuté vody objevila země: nikoli jako kontinent, ale spíše v podobě ostrovů. Lze to doložit mnoha způsoby.

Čím více páry totiž vystoupí z lázně, tím více z ní ubude vody. Podobně je-li na stole kaluž vody a postaví-li se nad tuto souvislou vodní hladinu oheň, začne se hladina blízkostí tepla ihned ztenčovat a objeví se v ní suché skvrny, neboť se voda shlukla a shromáždila na některých místech.<sup>14</sup>

Podobně tedy vzduch, který se ocitl mezi obojí vodou a tak byl zvýšeným teplem uveden do pohybu, provedl třetí úplný oběh, při němž rozdělil zemi do jakýchsi ostrovů.

(10) V tomto oběhu se rovněž přihodilo, že vlivem tepla výše položeného vzduchu, které proniklo vlhkost země, nyní zbavenou vodní pokrývky, země získala – díky těmto dvěma okolnostem – sílu vydat byliny a stromy. Tato síla z tepla nebe přirozeně přechází do země, nyní zbavené vodní pokrývky. A interval tohoto třetího oběhu se nazývá třetí „den“ (Gn 1,13).

Postquam uero, posito firmamento inter aquam et aquam et ex aquis circumpositis tanto calore in ipso firmamento innato, ut per calorem firmamentum aquam labilem in se contraheret ac sic arida appareret – postquam inquam hoc fuit contingebat naturaliter ut ex multitudine illa aquarum ad firmamentum per tercie diei calorem contracta stellarum corpora in firmamento crearentur.

(11) Quod uero stellaria corpora ex aquis materialiter facta sint certo argumento probari potest. Nam duo superiora elementa – ignem et aera – ex sua natura ita absque omni spissitudine esse manifestum est ut nichil horum ex se et ex sua natura nisi ex accidenti uisui peruium sit.

Nam hoc quod quidam rudes dicunt se uidere celum quando aer purus est, cum aliquid uiride se fingunt conspicerere, illud falsissimum est. Nam ubi uisus deficit ibi error sensus dat imaginationem uidendi quod non uidet sicuti aliquis clausis oculis uidetur sibi tenebras uidere. Nam quamuis uisus ex luce oculorum sumit exordium nichil tamen ualet nisi ex obstaculo alicuius spissitudinis reperiatur.

(12) Si uero aer iste inferior qui est inter nos et parietem uel maceriam uel aliquid tale, non potest uisui ad sentiendum obstare: multo minus igitur superior qui purior est. Unde proprie aer celum dicitur eo quod a uisibus nostris celetur.

Unde constat quod omne corpus uisibile alicuius densationis est que ex spissitudine aque uel terre contingit. Nam nubes ex uapore aquarum densate uisibiles apparent. Flamme uero que in nubiloso aere uel in aliqua materia que comburitur fiunt ex uaporibus aquarum substantiam habent.

Radius quoque solis qui per fenestram decurrere uidetur non aliunde est uisibilis nisi ex atomis pulueris in radio decurrentibus et ad lumen solis relucetibus. Sic in ceteris rebus subtiliter intuenti apparebit nichil esse uisibile nisi ex obstaculo quod ex aqua uel ex terra contingit.

(13) Omne igitur corpus quod apparet uisibile in firmamento celi, ex terre uel ex aque densitate uisibile esse necesse est. Sed terrea non possunt uel per calorem uel alio aliquo modo usque ad firmamentum eleuari. Hoc enim aque nature proprium est.

*Čtvrtý den* Mezi obojí vody byla tedy položena klenba, v níž vlivem okolních vod vzniklo tak velké teplo, že do sebe svým teplem vtáhla tekutou vodu, a tak se objevila souš. Poté, co se tak stalo, bylo přirozené, aby z množství vod vtažených teplem třetího dne ke klenbě byla na klenbě vytvořena těla hvězd.

(11) Že jsou těla hvězd co do své látky vytvořena z vody, lze s jistotou prokázat. Dva výše položené prvky, oheň a vzduch, jsou totiž zřetelně svou přirozeností natolik prosty vši hustoty, že žádný z nich sám o sobě a svou přirozeností není přístupný pohledu, leda případečně.

Je naprostý omyl, co říkají někteří prostí lidé, že totiž za čistého vzduchu vidí nebe, namlouvajíce si, že vidí cosi zeleného. Neboť kde zrak nedostačuje, smyslový omyl vyvolává představu, že vidíme něco, co nevidíme: jako když někdo zavře oči a zdá se mu, že vidí tmou. Ačkoli totiž zrak vychází ze světla očí, přece nic nevidí, neodrazí-li se od nějaké dostatečně husté překážky.<sup>15</sup>

(12) Jestliže však zdejší níže položený vzduch mezi námi a stěnou či zdí nebo něčím podobným neklade zraku citelnou překážku, tím méně pak výše položený vzduch, který je čistší. Proto se také vzduch příhodně nazývá „nebe“ (*celum*), poněvadž se skrývá (*celetur*) našim zrakům.<sup>16</sup>

Z toho je zřejmé, že každé viditelné těleso má určité zahuštění, pocházející z hustoty vody nebo země: Oblaka můžeme vidět, neboť jsou hustá vodní parou. Plameny, které vznikají ve vzduchu ztemnělém mračny nebo v nějaké spalované látce, mají rovněž svou substanci z vodních par.

Sluneční paprsek, který vidíme dopadat oknem, je viditelný jen díky částicím prachu, které dopadají v něm a odrážejí se ve slunečním světle. Podobně u ostatních věcí, pozorujeme-li je blíže, uvidíme, že všechno je viditelné jen díky překážce, kterou klade zraku do cesty voda nebo země.

(13) Každé těleso viditelné na nebeské klenbě musí tedy mít svou viditelnost díky hustotě země nebo vody. Nic z látky země však nemůže být ani teplem ani jiným způsobem vyzdviženo až na klenbu. To náleží k povaze vody.

Omnia itaque illa que in celo uisibilia apparent ex aquis materiale principium sortiuntur. Cuiusmodi sunt nubes fulgura comete. Similiter igitur stellaria corpora ex aquis materialiter consistere necesse est.

561 Amplius: omne nutritibile ex eodem nutriri ex quo materialiter constat phisica testatur. Sed corpora stellaria ex humore nutriri phisici dicunt. Uidentur igitur ex aquis materialiter constare.

Spacium igitur quarte conuersionis in qua stellaria corpora ex aquis uaporaliter suspensis conglobata sunt – illud inquam spacium quarta „dies“ appellatum est.

(14) Stellis autem creatis et motum in firmamento facientibus, ex earum motu calor adauctus et ad uitalem usque calorem procedens aquis primo incubuit: elemento uidelicet terra superiori. Et inde animalia aque et uolatilia creata sunt. Et spacium huius quarte conuersionis quinta „dies“ appellatum est.

Mediante uero humore uitalis ille calor naturaliter usque ad terrena peruenit et inde animalia terre creata sunt. In quorum numero homo „ad imaginem et similitudinem“ dei factus est. Et huius sexte conuersionis spacium sexta „dies“ appellatum est.

(15) Sic igitur leuissimi celi et ultimi et nullo modo stare ualentis prima conuersio illuminauit aera. Aer uero illuminatus calefaciens aquam ac super se suspendens factus est firmamentum. Firmamentum uero ex superiori uapore uim caloris in se continens fecit aridam apparere et uim fecunditatis terre inseruit. Tunc uero ex multitudine aquarum ex calore in ipso firmamento suspensa stelle create sunt. Ac sic ex motu et calore stellarum generatio animalium in aquis sumpsit initium. Mediantibus uero aquis ad terram usque peruenit.

Et ultra hos modos creandi corporea siue illa sint in celo siue in terra nullus modus reliquis esse poterat.

Všechno, co vidíme na nebi, je tedy co do svého materiálního principu z vody. Platí to pro oblaka, blesky i komety. Podobně musejí být i těla hvězd co do své látky z vody.<sup>17</sup>

Přírodověda navíc dosvědčuje, že všechno, co potřebuje výživu, živí se tím, z čeho samo co do své látky sestává. Těla hvězd se však podle přírodovědců živí vlhkostí. Zdá se tedy, že co do své látky pozůstávají z vody.<sup>18</sup>

Interval čtvrtého otočení, při němž se vody v podobě par shlukly v těla hvězd, se tedy nazývá čtvrtý „den“ (Gn 1,19).

*Pátý den* (14) Když byly stvořeny hvězdy a začaly se na klenbě pohybovat, vzrostlo jejich pohybem teplo a rozšířilo se v teplo života, které se usadilo napřed ve vodách, prvku položeném výše než země. Z něho byli stvořeni vodní a létající živočichové. A interval tohoto pátého obratu se nazývá pátý „den“ (Gn 1,23).

*Šestý den* Prostřednictvím vlhkosti se teplo života přirozeným způsobem rozšířilo až do oblastí země a z ní byli stvořeni zemští živočichové. Mezi nimi byl stvořen i člověk k Božímu „obrazu a podobě“ (Gn 1,26).<sup>19</sup> Interval tohoto šestého obratu se nazývá šestý „den“ (Gn 1,31).

*Rekapitulace* (15) Při prvním obratu zcela lehkého a nejzazšího nebe, které nijak nemůže postát, byl tedy prozářen vzduch. Prozářený vzduch, který zahříval vodu a vyzvedl ji nad sebe, se stal klenbou. Vlivem páry nad sebou však klenba obsahovala sílu tepla a tak způsobila, že se objevila souš, a rovněž dala zemi plodící sílu. Tehdy byly z množství vod, které vliv tepla vyzdvíhl na klenbu, stvořeny hvězdy. Pohyb a teplo hvězd vyvolaly zrození živočichů napřed ve vodách, prostřednictvím vod pak i na zemi.

Těmito cestami byly stvořeny tělesné věci na nebi i na zemi; jinak než takto nemohly být stvořeny ani ostatní věci.

(16) Quicquid igitur post sextum diem uel natum uel creatum est non nouo modo creationis institutum est sed aliquo predictorum modorum substantiam suam sortitur. Sic igitur „dominus in septima die requieuit“ i. e. a nouo creationis modo cessauit: elementorum singulis ornatu suo et ad se inuicem concordia perfecte attributa.

562 Nam etsi postea quedam noua monstra creasset non tamen idcirco dicimus illum nouo modo creationis usum fuisse. Sed aliquo predictorum modorum et ex causis seminalibus quas in spacio illorum sex dierum elementis inseruit affirmamus eum quecumque postea creauit uel adhuc creat produxisse.

(17) Nam ignis tantum agit. Terra uero tantum patitur. Duo uero elementa que sunt in medio et agunt et patiuntur. Et aer quidem ab igne patitur et est quasi amministrator et uehiculum ignee uirtutis ad cetera elementa. Aqua uero ab aere et igne patitur et est quasi amministratorix et uehiculum uirtutis superiorum ad reliquum elementum.

Ita igitur ignis est quasi artifex et efficiens causa: terra uero subiecta quasi materialis causa: duo uero elementa que sunt in medio quasi instrumentum uel aliquid coadunatum quo actus supremi amministrator ad infima. Nam et nimiam leuitatem ignis et grauitatem terre inmoderatam sua intercessione attemperant atque coniungunt.

Has uirtutes et alias quas seminales causas uoco deus creator omnium elementis inseruit et proportionaliter aptauit ut ex illis uirtutibus elementorum temporum ordo et temperies procederet et in temporibus competentibus per illas uirtutes sibi inuicem succedentibus corporee creature producerentur.

De causis et de ordine temporum satis dictum est. Nunc ad expositionem littere ueniamus.

*Boží odpočinek* (16) Všechno, co se zrodilo nebo bylo stvořeno po šestém dni, nevzniklo tedy novým způsobem stvoření, nýbrž dostává svou substancí některým z popsanych způsobů. Tak „Hospodin odpočinul sedmého dne“ (Ex 20,11), tj. přestal vytvářet nové způsoby tvoření, protože již jednotlivým prvkům dal jejich výzdobu i dokonalý vzájemný soulad.

I kdyby totiž snad byl později stvořil nějaké nové věci odporující obvyklému pořádku, neříkáme proto, že užil nového způsobu tvoření. Tvrdíme naopak, že cokoli později stvořil nebo dosud tvoří, užil při tom vždy některého z popsanych způsobů a přivedl to na svět ze zárodečných příčin, které do prvků vložil v rozmezí prvních šesti dnů.<sup>20</sup>

*Aktivita a pasivita prvků* (17) Neboť oheň je výlučně aktivní prvek, země naopak výlučně pasivní. Oba prostřední prvky jsou jak aktivní, tak pasivní. Vzduch je totiž pasivní vůči ohni a je jakýmsi správcem a prostředníkem ohnivě síly ve vztahu k ostatním prvkům. Voda je pasivní vůči vzduchu a ohni a je správkyní a prostřednicí síly výše položených prvků ve vztahu k poslednímu.

Oheň je tedy jakoby umělcem<sup>21</sup> a působící příčinou, země je mu k dispozici jako materiální příčina, oba prostřední prvky jsou jakoby nástrojem či jakýmsi spojujícím článkem, který působení nejvyššího prvku prostředkuje do oblasti nejnižšího. Veliká lehkost ohně a nesmírná tíže země jsou tak přízpůsobeny a navzájem spojeny mezipo-stavením obou prostředních prvků.

Tyto a další síly, které nazývám zárodečné příčiny, vložil Bůh, tvůrce všeho, do jednotlivých prvků a vyváženě je uzpůsobil tak, aby z těchto sil v jednotlivých prvcích vzešla časová posloupnost a úměrnost a v příhodné časové okamžiky, následující po sobě díky silám vloženým do jednotlivých prvků, vzniklo rozmanité tělesné stvoření.

Tolik tedy o příčinách a o časové posloupnosti. Nyní přejdeme k doslovnému výkladu.

(18) „In principio creavit deus celum et terram.“ Quasi dicat: primo „creavit celum et terram“. Nichil enim aliud uoluit intelligere per hoc quod dixit „in principio“ fecit illa nisi quod ante ea nichil creauerat deus et illa duo simul creasse intelligatur. Sed quid appellet „celum et terram“ et quomodo secundum rationem phisicorum simul creata sunt demonstrare conabor.

563 Igitur ratio deprehendit omne corpulentum spissitudinis sue siue tarditatis substantiam habere ex leuium circumstringentium motu agili et perpetua agitatione: leuia uero sue agilitatis substantiam inde habere quod eorum motus atque agitatio alicui corpulento siue solidó innititur. Reciproce enim et leuitas corpulentiam et corpulentia leuitatem exigit.

Quod probare non incongruum esse existimo. Duritiem enim terre esse ex leuibis circumstringentibus manifestum est. Nam durum est cuius partes non facile diuisioni cedunt. Quod uero terra talis est non contingit hoc ex natura particularum ex quibus ipsa constat quia tunc non possent transire in leuia i. e. in aera uel ignem. Quod tamen manifestum est. Particule enim elementorum in se inuicem transeunt.

(19) Item quod terra et aqua corpulenta est hoc non contingit ex pondere superiorum elementorum. Non enim sunt alicuius ponderis. Restat igitur ut ex leuium agilitate circumstringente duo inferiora elementa, terra et aqua, usque ad corpulentiam concreta sint.

Leuium uero ut ignis uel aeris agilitas sine motu esse non potest. Motus autem huiusmodi circa aliquid corpulentum necesse est subsistat et innitatur.

(20) Quod autem motus solidis innitatur per inductionem multorum probabile est. Cum homo transit de loco ad locum dum unum pedem transfert alium terre infigit et sic illa translatio alicui immobili innititur. Cum uero digitus per se mouetur palme innititur palma brachio brachium scapule. Ita de motu ceterorum membrorum potest quilibet experiri.

Cum lapis eicitur ex proicientis innixu circa aliquid solidum impetus proiecti contingit. Unde quanto firmitus se infigit tanto iactus proicientis est impetuosior.

(18) „Na počátku stvořil Bůh nebe a zemi“ (Gn 1,1). Jako by řekl: napřed „stvořil nebe a zemi“. Že je stvořil „na počátku“, nemá vyjádřit nic jiného než to, že Bůh nic nestvořil před nimi a je že stvořil zároveň.<sup>22</sup> Pokusím se však ukázat, co zde autor nazývá „nebe a země“ a jak bylo podle zdůvodnění přírodovědců stvořeno obojí zároveň.

*Nebe a země – lehkost a masivnost* Rozum pozoruje, že co je masivní, má základ své hustoty či těžkopádnosti v čilém pohybu a ustavičné aktivitě lehkého, které je obklopuje, a co je lehké, má zase základ své čilosti v tom, že se jeho pohyb a aktivita opírají o něco masivního či pevného. Lehkost a masivnost se tak navzájem potřebují.

Myslím, že nebude zcela nevhodné toto tvrzení dokázat. Je zřejmé, že tvrdost země se zakládá na lehkosti toho, co ji obklopuje. Neboť tvrdé je to, čeho části nepodléhají snadno rozdělení. Právě taková je země, což ovšem nemá původ v povaze částic, z nichž se sama skládá, protože pak by nemohly přecházet v prvky lehké, tj. vzduch a oheň. To se však zjevně děje: částice prvků v sebe navzájem přecházejí.

(19) Země a voda dále neodvozují svou masivnost z tíže výše položených prvků, které žádnou tíží nemají. Nezbyvá tedy, než aby oba nižší prvky, země a voda, byly zhuštěny až ke své masivnosti čilostí lehkých prvků, která je obklopuje.

Čilost lehkých prvků, ohně a vzduchu, nemůže být bez pohybu. Takový pohyb se však musí díť kolem něčeho masivního a opírat se o to.<sup>23</sup>

(20) Že se pohyb opírá o něco pevného, lze dokázat mnoha příklady. Když člověk přechází z místa na místo, vždy zatímco přenáší jednu nohu, druhou opírá o zemi, a tak se tento přenos opírá o něco nehybného. Když se pohybuje jednotlivý prst, opírá se o dlaň, dlaň o paži, paže o rameno. Podobně se o tom může každý přesvědčit u pohybu ostatních údů.

Když házíme kámen, vložená síla, jaká je mu udělena, se zakládá na opoře vrhajícího v něčem pevném. Proto čím pevněji se vrhající opírá, tím je vložená síla, kterou uděluje, větší.<sup>24</sup>

Uolatus autem ex aliquo innixu sortitur initium. Circularem uero motum centro inniti non solum peritis sed disciplinarum expertibus manifestum est.

(21) Motus autem ignis celestis siue aeris inferioris circularis est. Quod ex cursu stellarum satis patet. Nec etiam aliter esse potest. 564 Cum enim necessario moueantur aut in anteriora semper necesse erat ea moueri aut reuerti. Sed in anteriora impossibile fuit eo quod huiusmodi motus finem habet. Necesse est igitur ea habere circularem motum.

Sed omnem circularem motum necesse est habere aliquid immobile circa quod innitatur. Motus igitur ignis et aeris non potest esse sine medio centro cui innitatur. At illud medium solidum est et a motu circumstrictum. Non potest igitur eorum motus esse nisi solido innitatur.

At agilitas eorum et leuitas ut diximus ex motu est quia per singulas partes mouentur et non tenaciter sibi partes adherent. Idcirco et liquida sunt et sine sensu tangentis tactui cedunt. Nec igitur resistere nisi ex motu accidentaliter nec aggrauare aliquid possunt. Inde ergo leuia sunt.

Cum igitur ignis et aeris substantia sit ex leuitate, leuitas porro ut sit exigit corpulentiam. Corpulentia uero ut sit leuitatem circumstringentem exigit. Substantia autem terre et aque fit ex corpulentia – cum inquam ista res sint merito diuinus philosophus dicit quatuor elementa fuisse condita. Sed nomine terre omnia corpulenta quasi a digniori parte corpulentie designauit. Nominem uero celi leuia et inuisibilia elementa uocauit eo quod a nostris uisibus ex sua natura subtracta sint et celentur.

(22) Elementorum uero creatione ostensa postea subsequenter qualia ipsa sint in prima creatione sua declarat cum dicit „terra autem erat inanis et uacua“ et cetera.

Qualis terra tunc fuerit plane ostendit dicendo eam tunc fuisse inanem i. e. carentem forma quam postea suscepit ex aliorum elementorum ad ipsam concordia. Uacuam uero ab illis que postea in ipsa creata sunt: herbis scilicet et arboribus et animalibus.

Quale uero tunc fuerit secundum elementum i. e. aqua designat ubi dicit „et tenebre erant super faciem abyssi“. Quod est dicere abyssus i. e. aqua erat tenebrosa.

Postea secundum quosdam de tercio elemento i. e. aere subiungit dicens „et spiritus domini ferebatur super aquas“ i. e. aer qui propter subtilitatem suam ad diuini spiritus tenuitatem aliquo modo accedit „ferebatur super aquas“ i. e. inordinate mouebatur super aquas.

Také ptáci se při svém letu napřed odrážejí od určité opory. Kruhový pohyb se zase opírá o střed, jak ukazuje nejen zkušenost, ale i vědecké poznání.

(21) Pohyb nebeského ohně či níže položeného vzduchu je ovšem kruhový. To je dostatečně zřetelné z dráhy hvězd a ani tomu nemůže být jinak. Protože se totiž oheň a vzduch nutně ustavičně pohybují, musely se buď pohybovat stále kupředu, nebo se vrátit. Stále kupředu se však pohybovat nemohly, neboť pohyb tohoto druhu má vždy svůj konec. Proto je jejich pohyb nutně kruhový.

Každý kruhový pohyb se však musí opírat o něco nehybného. Pohyb ohně a vzduchu se proto neobejde bez nějakého středu, o nějž se opírá. Tento střed je pevný a je pohybem obkružován. Pohyb ohně a vzduchu tedy není možný, pokud se neopírá o něco pevného.

Čilost a lehkost těchto prvků pramení, jak jsme již řekli, z jejich pohybu, protože se pohybují ve svých jednotlivých částech a tyto části nejsou navzájem pevně spojeny. Proto jsou řídké a unikají hmatu, aniž bychom je při doteku pocítovali. Nemohou tedy klást odpor, leda na základě případečného pohybu, ani nemohou nic zatížit. Proto jsou lehké.

Substance ohně a vzduchu má tedy původ v lehkosti, lehkost však, aby mohla být, potřebuje masivnost. Masivnost zase, aby mohla být, potřebuje lehkost, která ji obklopuje. Substance země a vody však má původ v masivnosti. Za tohoto stavu věcí říká právem božský filosof, že byly stvořeny čtyři prvky. Slovem země však označil všechno masivní, jakoby podle jeho vznešenější části. Slovem nebe (*celum*) pak nazval lehké a neviditelné prvky, protože svou přirozeností nejsou přístupné našemu pohledu a skrývají se (*celentur*).

*Počáteční beztvářost prvků* (22) Poté, co ukázal stvoření prvků, vysvětluje postupně, jaké byly při svém prvním stvoření. Říká totiž: „Země byla pustá a prázdná“ atd. (*Gn 1,2*).

Jaká tehdy byla země, ukazuje dost jasně, když říká, že byla pustá, tj. postrádala formu, kterou později získala díky souladu s jinými prvky. Prázdná zase byla, neboť ještě chybělo to, co na ní bylo stvořeno později: byliny, stromy a živočichové.

Jaký tehdy byl druhý prvek, tj. voda, vyjadřuje autor slovy: „a nad propastí byla tma“ (*Gn 1,2*). Znamená to, že propast, tj. voda, byla temná.

Potom podle mínění některých vykladačů<sup>25</sup> připojuje zmínku o třetím prvku, totiž vzduchu: „a nad vodami se vznášel duch Páně“ (*Gn 1,2*); tj. vzduch, který se pro svou subtilnost jaksi blíží jemnosti božského Ducha, „se vznášel nad vodami“ čili neuspořádaně se pohyboval nad vodami.

565 (23) Sed mihi uidetur quod Moyses dicendo terram esse inanem et uacuum sub appellatione terre duum elementorum i. e. terre et aque informitatem designauit.

Inanitas uero eorum tunc in eo erat quod ita erant confusa ut terra non ita esset solida ut perfecte recederet a liquido nec aqua ita liquida ut perfecte secerneretur a terrena tarditate. Sed eorum ita erat confusio ut pene unum aut uix duo essent. Uacuitas uero eorum in eo erat quod tunc carebant illis que postea ex eis creata sunt.

Dicendo autem tenebras tunc fuisse „super faciem abyssi“ tercii elementi i. e. aeris informitatem describit. Sicut enim a luce aer informatur ita informitas eius tenebre esse dicuntur. Tenebrositas uero ista talis tunc erat ut aer ad aque tarditatem fere accederet et esset tunc nebulis densissimis spissior ut uix ab aque corpulentia recederet sed licet minimum tamen aeris uestigium preferret.

Huiusmodi uero aeris densitas inde tunc contingebat quod nondum eius tenebre tunc discutiebantur ab igne uirtutem quam nunc habet nondum habente sed ad aeris densitudinem fere sine ullo discretionis motu accedente. Ac sic per tenebras aeris primordiale quartum elementi qualitatem sub oculis posuit.

(24) Istam quatuor elementorum informitatem seu potius pene uniformitatem antiqui philosophi tunc ylen tunc chaon appellarunt. Moyses uero nomine celi et terre eandem confusionem designat. Informitas autem illorum elementorum in eo tunc consistebat quod unumquodque eorum fere erat huiusmodi quale alterum. Et quia minimum erat uel fere nichil quod intererat idcirco illa differentia pro nichilo a philosophis reputabatur et illa elementa sic confusa una informis materia dicebantur.

566 Sed tamen Plato illud minimum quod intererat perpendens et differentiam illam quamuis minimam eorum confusioni adesse cognoscens ideo materiam i. e. elementorum confusionem ipsis quatuor elementis subesse confirmauit: non quod creatione uel tempore illa confusio quatuor elementa prederet sed quoniam naturaliter confusio discretionem sicut sonus uocem uel genus speciem prederet.

(23) Mně se však zdá, že Mojžíš ve slovech o pusté a prázdné zemi jménem země označuje beztvartost dvou prvků, země a vody.

Jejich pustota tehdy spočívala v jejich smíšenosti: země nebyla natolik pevná, aby zcela odstoupila od tekutého prvku, ani voda natolik tekutá, aby se oddělila od těžkopádnosti země, ale byly smíšeny tak, že byly téměř jedno či sotva dvě. Jejich prázdnota pak spočívala v tom, že zatím postrádaly to, co z nich bylo později vytvořeno.

Když svatopisec říká, že „nad tvář propasti byla tma“ (Gn 1,2), popisuje beztvartost třetího prvku, tj. vzduchu. Vzduch totiž získává formu od světla, a podobně se jeho beztvartost nazývá temnota. Tato temnota byla tehdy taková, že se vzduch téměř blížil těžkopádnosti vody a byl hutnější než nejhustší mlhy, takže se sotva odděloval od masivnosti vody. Přesto však nesl známky vzduchu, jakkoli nepatrné.

Takováto hustota vzduchu pocházela z toho, že jeho temnota nebyla zatím rozptýlena ohněm, který tehdy ještě neměl sílu, kterou má nyní, ale téměř bez jakéhokoli pohybu odlišení se blížil hustotě vzduchu. Temnotou vzduchu tak svatopisec naznačuje i prvotní jakost čtvrtého prvku.

(24) Tuto beztvartost či spíše bezmála jednotvárnost čtyř prvků nazývali antičtí filosofové někdy „hylé“, jindy „chaos“.<sup>26</sup> Mojžíš však tuto směsici označuje jako „nebe a zemi“.<sup>27</sup> Beztvartost těchto prvků tehdy spočívala v tom, že jeden každý z nich byl téměř takový

jako druhý. A protože se lišily jen nepatrně nebo skoro ničím, pokládali filosofové jejich odlišnost za nulovou a nazývali takto smíšené prvky jedinou beztvartou látkou.<sup>28</sup>

Platón však přece jen o tomto nepatrném rozdílu uvažoval a uvědomoval si, že ve směsici prvků je přítomná určitá odlišnost, jakkoli nepatrná, a proto tvrdil, že látka, tj. směsice prvků, je podloží prvků samých.<sup>29</sup> Ne že by tato směsice předcházela čtyřem prvkům svým stvořením nebo časově, ale poněvadž směsice přirozeně předchází rozlišení, právě tak jako zvuk předchází hlasu nebo rod druhu.<sup>30</sup>

(26) Et Mercurius in eo libro qui inscribitur *Trismegistus* hanc uirtutem spiritum uocat his uerbis: „Fuit deus et yle quem Grece credimus mundum. Et mundo comitabatur spiritus uel mundo inerat spiritus.“

Et paulo post: „Intelligibilis summus qui dicitur deus rector gubernatorque est sensibilis dei eius qui in se circumplectitur omnem locum omnem rerum substantiam totamque gignentium creantiumque materiam et omne quicquid est quantumcumque est. Spiritu uero agitantur siue gubernantur omnes in mundo species unaqueque secundum naturam suam a deo distributam sibi. Yle autem uel mundus omnium est receptaculum omniumque agitatio atque frequentatio. Quorum deus gubernator est dispensans omnibus quantum unicuique necessarium est. Spiritus uero implet omnia prout cuiusque qualitas nature est.“

(27) Plato uero in *Timeo* eundem spiritum mundi animam uocat. Uirgilius uero de illo spiritu ita dicit:

567

„Principio maria ac terras celumque profundum  
Lucentemque globum lune tytaniaque astra  
Spiritus intus alit.“

Hebrei uero ita de spiritu operatore locuntur. Moyses quidem ita: „Et spiritus domini ferebatur super aquas.“ Daud uero sic: „Uerbo domini celi firmati sunt“ et cetera. Salomon quoque de spiritu sic dicit: „Spiritus domini repleuit orbem terrarum.“ Christiani uero illud idem Spiritum sanctum appellant.

(28) Quoniam ergo materia informis non per se suscipit formas sed per uirtutem artificis mouentem et operantem informatur idcirco prudentissimus philosophorum Moyses post informitatem materie designatam de uirtute creatoris operatoria qua forma materie adhibetur subiunxit dicens: „Et spiritus domini ferebatur super aquas.“

(26) Hermés v knize zvané *Trismegistos*<sup>31</sup> nazývá tuto sílu duch: „Byl bůh a hylé, která pro nás Řeky znamená svět. A svět provázal duch či ve světě byl duch.“ A o kousek dále: „Duchovní bůh, který je označován jako nejvyšší, řídí a spravuje svého smyslového boha, jenž v sobě zahrnuje všechno místo, všechnu substanci věcí a veškerou látku rodícího a tvořícího i všechno, ať je to cokoli a jakkoli velké. Duch však uvádí do pohybu či řídí všechny druhy věcí na světě, každou podle její přirozenosti, jakou od boha dostala. Hylé čili svět pak pojímá všechno a je pohybem a zmnožováním všeho, jak to bůh vládce dopřává všem věcem, kolik jedna každá potřebuje. Duch pak všechno naplňuje podle toho, jaká je přirozená povaha jednotlivých věcí.“<sup>32</sup>

(27) Platón ve svém *Timaiu* nazývá tohoto ducha duší světa.<sup>33</sup> A Vergilius o něm říká:

„Slyš tedy: moře i zem, též širé planiny nebe,  
zářící měsíce kouli a velkou títánskou hvězdu  
živí světový duch.“<sup>34</sup>

Židé mluví o působícím duchu následovně. Mojžíš říká: „A Duch Hospodinův se vznášel nad vodami“. David: „Slovem Hospodinovým jsou upevněna nebesa“ atd. (Ž 33,6). Šalomoun o něm mluví takto: „Duch Hospodinův naplnil okrsek země“ (*Moudr* 1,7). Křesťané ho pak nazývají Duch svatý.<sup>35</sup>

(28) Protože tedy beztvará látka nepřijímá formy sama od sebe, ale je formována pohybující a působící silou tvůrce, zmiňuje se nejrozumnější z filosofů Mojžíš, poté co vylíčil beztvarost látky, o působící síle stvořitele, která látce propůjčuje formu: „A Duch Hospodinův se vznášel nad vodami.“

Bene autem in hoc loco nomine aque totam materiam designavit tum quia ut diximus unumquodque elementorum fere erat huiusmodi quale illud et idcirco nomine unius poterant cuncta appellari: tum potius quia illa confusio magis ad similitudinem aque accedebat quam ad aliud: tum etiam quod in priscis philosophis habetur quod humor creandis rebus maxima et principalis materia existit.

Nam humor naturalis per calorem de terra exiens in herbas uel arbores indurescit. Animalia uero ex humido et liquido semine procreari et inde corporis sui machinam sumere apud phisicos indubitabile constat. Lapides uero et metalla ex humore fuisse concreta resolutio eorum in eundem humorem ostendit.

Stellas quoque ex aquis esse creatas in superioribus probatum est. Unde uisum est quibusdam philosophis aquam fuisse materiam omnium rerum. Secundum quam doctrinam poeta uocauit oceanum patrem rerum.

568 (29) „Et dixit deus fiat lux.“ Ostensis duobus primordiis creature, materia scilicet et uirtute operatrice, competenti ordine uult demonstrare quo modo et quo ordine „spiritus domini“ in materiam operetur secundum modum in sapientia creatoris ab eterno dictum atque prefinitum.

Sed in hoc loco iuxta modum expositionis de diuinitate pauca dicenda sunt ut appareat quid sit dicere dei et cur prius fecerit mentionem Spiritus quam Uerbi. Quicquid autem de hac re dicemus ex uera et sancta theologia sumptum esse nemo dubitet.

(30) Adsint igitur quatuor genera rationum que ducunt hominem ad cognitionem creatoris: scilicet arimethice probationes et musice et geometrice et astronomice. Quibus instrumentis in hac theologia breuiter utendum est ut et artificium creatoris in rebus appareat et quod proposuimus rationabiliter ostendatur.

Omnem alteritatem unitas precedit quoniam unitas precedit binarium qui est principium omnis alteritatis. Alterum enim semper de duobus dicitur. Omnem igitur mutabilitatem precedit unitas siquidem omnis mutabilitas substantiam ex binario sortitur. Nichil enim aptum est mutari siue moueri nisi etiam aptum sit ut prius se habeat uno modo deinde alio. Hanc igitur modorum alteritatem unitas precedit: quare et mutabilitatem.

Správně na tomto místě označuje veškerou látku jako vodu, protože za prvé, jak již bylo řečeno, jeden každý prvek byl téměř takový jako druhý, a tedy mohly být jménem jednoho nazvány všechny; za druhé, a to spíše, protože směsice prvků se více podobala vodě než čemu jinému; a za třetí proto, že staří filosofové pokládali vlhkost za nejdůležitější a základní látku budoucích věcí.<sup>36</sup>

Přirozená vlhkost totiž vlivem tepla vychází ze země a tvrdne v byliny nebo stromy. Živočichové se zase, jak je přírodovědcům nepochybně známo, rodí z vlhkého a tekutého semene, z něhož se také buduje jejich tělo. Kameny a kovy vznikly rovněž zhuštěním vlhkostí, jak se ukazuje, když se v ni opět rozpouštějí.

Také hvězdy byly stvořeny z vod, jak jsme již shora dokázali. Proto se někteří filosofové domnívali, že voda je látkou všech věcí.<sup>37</sup> Ve shodě s touto naukou nazval básník Ókeana otcem všech věcí.<sup>38</sup>

*Boží řeč* (29) „A Bůh řekl: Budiž světlo!“ (Gn 1,3). Když ukázal dva prvopočátky stvoření, totiž látku a působící sílu, chce svatopisec v náležitém pořádku vylíčit, jak a v jaké poslušnosti Duch Hospodinův působí v látce, podle toho, jak je to od věčnosti ustanoveno a předzjednáno v moudrosti tvůrce.

Podle pravidel výkladu musíme však na tomto místě stručně pojednat o božství, aby se ukázalo, co je to Boží řeč a proč se svatopisec zmínil dříve o Duchu než o Slově. Ať čtenář nepochybuje, že vše, co o této věci řekneme, pochází ze svaté a pravé nauky o Bohu.

#### *Exkurs o božství: aritmetická cesta k poznání božství*

(30) Existují čtyři druhy důvodů, které člověka vedou k poznání tvůrce: totiž důkazy aritmetické, hudební, geometrické a astronomické.<sup>39</sup> Těchto nástrojů chceme ve své teologii krátce užít, jednak abychom ve věcech spatřili umění tvůrce, jednak abychom svůj výklad prokázali racionální cestou.<sup>40</sup>

*Jednota předcházející různosti je božství samo* Každé různosti předchází jednota,<sup>41</sup> protože jednička předchází dvojice, která je principem každé různosti.<sup>42</sup> Různost se totiž vždy vypovídá o dvou. Každé proměnlivosti tedy předchází jednota, poněvadž každá proměnlivost odvozuje svou substanci z dvojky. Nic totiž není schopno proměny či pohybu, pokud není schopno být napřed jedním způsobem a potom druhým. Této různosti způsobí tedy předchází jednota, a proto předchází i proměnlivosti.

(31) Sed mutabilitati omnis creatura subiecta est. Et quicquid est, uel eternum est uel creatura. Cum igitur unitas omnem creaturam precedat, eternam esse necesse est. At eternum nichil est aliud quam diuinitas. Unitas igitur ipsa diuinitas.

569 At diuinitas singulis rebus forma essendi est. Nam sicut aliquid ex luce lucidum est uel ex calore calidum ita singule res esse suum ex diuinitate sortiuntur. Unde deus totus et essentialiter ubique esse uere perhibetur. Unitas igitur singulis rebus forma essendi est. Unde uere dicitur: Omne quod est ideo est quia unum est.

(32) Sed cum dicimus diuinitatem singulis esse rebus formam essendi non hoc dicimus quod diuinitas sit aliqua forma que in materia habeat consistere cuiusmodi est triangulatio uel quadrangulatio uel aliquid consimile.

Sed hoc idcirco dicimus quoniam presentia diuinitatis singulis creaturis totum et unicum esse consistit ut etiam ipsa materia ex presentia diuinitatis habeat existere: non ipsa diuinitas aut ex ipsa aut in ipsa.

Similiter igitur cum dicimus unitatem singulis rebus esse formam essendi eodem modo intelligendum est.

Item cum dicitur deus simpliciter et sine ulla determinatione, ad ipsam diuinitatem tunc uocabulum refertur. Cum autem addita determinatione uel secundum pluralem numerum dicitur deus ut aliquis deus uel aliqui dii, tunc ad eos qui participant diuinitate ipsum uocabulum diuinitatis refertur.

(33) Ita igitur de uocabulo unitatis dicendum est. Quod cum dicitur simpliciter et sine ulla determinatione, ad ipsam diuinitatem refertur. Cum autem addita determinatione uel secundum pluralem numerum dicitur ut aliqua unitas uel due unitates uel tres uel bis unitas uel ter uel aliquid consimile, tunc ipsum uocabulum unitatis ad ea que unitate participant sine dubio refertur.

Unde etiam philosophi cum partes unitati assignant, non essentie unitatis sed participantibus unitate partes adscribunt. Nam secundum arithmetice rationem unitas est indiuisibilis. Similiter unitatis ad numerorum procreationem multiplicatio participantium est. Que uera unitate participantia inde habent existere et multiplicari.

570 (34) Non est ergo nisi una substantia unitatis et unica essentia que est ipsa diuinitas et summa bonitas. Unitas uero que multiplicata componit numeros, uel unitates ex quibus numeri constant, nichil aliud sunt quam uere unitatis participationes que creaturarum existentie sunt. Quamdiu enim res unitate participat ipsa permanet. Quam cito uero diuiditur eadem interitum incurrit. Unitas enim essendi conseruatio et forma est: diuisio uero causa interitus.

(31) Proměnlivosti však podléhá každé stvoření. A všechno, co je, je buď věčné, nebo stvořené. Protože tedy jednota předchází všemu stvořenému, musí být sama věčná. A věčné není nic jiného než božství. Jednota je tedy božství samo.

*Božství-jednota je formou bytí jednotlivých věcí* Božství je však formou bytí<sup>43</sup> jednotlivých věcí. Neboť tak jako je něco jasné díky světlu a teplé díky teplu, mají i jednotlivé věci své bytí díky božství. Tak se podle pravdy ukazuje, že Bůh je všude celý a bytostně přítomen. Jednota je tedy formou bytí jednotlivých věcí. Právem se z toho důvodu říká, že všechno, co je, je proto, že je to jedno.<sup>44</sup>

(32) Když však říkáme, že božství je forma bytí jednotlivých věcí, nemíníme tím, že by božství bylo nějakou formou, která má trvat v látce, jako při tvorbě trojúhelníku nebo čtyřúhelníku apod.<sup>45</sup>

Říkáme to proto, že celé a jediné bytí jednotlivých věcí se zakládá na přítomnosti božství, takže i sama látka existuje díky přítomnosti božství, nikoli božství díky látce nebo v látce.

Stejně je tedy třeba chápat, když říkáme, že jednota je formou bytí jednotlivých věcí.

*Božství-jednota a účast na něm* Když dále říkáme, že Bůh je jednoduše a bez jakéhokoli určení, vztahuje se tato výpověď k samému božství. Když se však o bohu mluví s připojením nějakého určení nebo v množném čísle, např. „některý bůh“ nebo „někteří bohové“, vztahuje se pojem „božství“ k tomu, co má na božství účast.

(33) Podobně je tomu s výrazem „jednota“. Užívá-li se jednoduše a bez jakéhokoli určení, vztahuje se k samému božství. Když se však užívá s připojením nějakého určení nebo v množném čísle, např. „jakási jednota“ či „dvě“ nebo „tři jednotky“, anebo „dvakrát“ či „třikrát jedna“ apod., pak se pojem jednoty nepochybně vztahuje k tomu, co má na jednotě účast.<sup>46</sup>

Když tedy filosofové připisují jednotě části, nepřipisují je bytosti jednoty, ale tomu, co má na jednotě účast. Neboť jednička je podle zásad aritmetiky nedělitelná. Podobně násobení jedničky za účelem vzniku čísel se týká toho, co má na jednotě účast a co existuje a násobí se díky pravé jednotě, na níž má účast.

(34) Je tedy jen jedna substance jednoty a jediná esence, kterou je samo božství a svrchovaná dobrota. Jednička, která svým znásobením skládá čísla, či jednotky, z nichž sestávají čísla, jsou jen podoby účasti na pravé jednotě, které jsou existencemi stvořených věcí. Věc totiž trvá, dokud má účast na jednotě. Jakmile se však rozdělí, propadá zániku. Jednota je totiž uchováním a formou bytí, kdežto rozdělení je příčinou zániku.

At ex uera unitate que deus est omnis pluralitas creatur. Nulla igitur in deitate pluralitas: quare nec numerus.

(35) Cum autem ex numero sint et pondus et mensura et locus et figura et tempus et motus et cum omnia quecumque secundum quantitatem uel qualitatem uel ad aliquid uel aliquod aliorum habent existere – cum ex numero inquam omnia predicta consistant necesse est ipsam unitatem que est summa diuinitas omnia predicta eminentia sue nature transgredi.

Non est igitur pondere uel mensura uel loco uel figura uel tempore terminabilis nec est alicuius motus aut quantitatis aut qualitatis aut alicuius relationis ad aliquid sed est unitas i. e. eternitas et interminabilis rerum permanentia que cunctorum est fons et origo.

(36) Quoniam autem unitas omnem numerum creat – numerus autem infinitus est – necesse est unitatem non habere finem sue potentie. Unitas igitur est omnipotens in creatione numerorum. Sed creatio numerorum rerum est creatio.

Unitas igitur omnipotens est in rerum creatione. At quod est omnipotens in rerum creatione illud unice et simpliciter omnipotens est. Unitas igitur omnipotens. Unitatem igitur deitatem esse necesse est. Hactenus de unitate.

(37) Nunc quomodo equalitas generetur ab unitate dicendum est. Generatio igitur numerorum ex aliis numeris secundum arithmetice multiplicem et uaria est. Alios enim ex se et ex sua substantia generant: ut binarius per se multiplicatus generat quaternarium ternarius nouenarium et ita de ceteris. Quosdam autem generant per alios multiplicati: ut binarius ternario multiplicatus generat senarium et sic de ceteris.

571 Prior igitur generatio numerorum facit tantummodo tetragonos uel cubos uel circulos uel speras que equalitatem dimensionum custodiunt. Posterior uero numerorum generatio facit parte altera longiores uel antelungiores uel ceteras figuras que ad inequalitatem laterum pertinent.

*Vznik mnohosti z jednoty* Z pravé jednoty, kterou je Bůh, pak povstává každá mnohost.<sup>47</sup> V božství tedy není žádná mnohost, proto v něm není ani číslo.

(35) V čísle však má původ váha, rozměr, místo, tvar, čas i pohyb a všechno, co je ve své existenci určeno množstvím, jakostí, vztahem či jinou z kategorií – neboť toto vše se odvozuje z čísla. Proto jednota, která je svrchovaným božstvím, nutně vyvýšeností své přirozenosti všechno jmenované překračuje.

Není tedy ohraničitelná co do váhy, rozměru, místa, tvaru ani času, ani jí nepřisluší pohyb, množství, jakost nebo vztah k něčemu,<sup>48</sup> nýbrž je to jednota, tj. věčnost a neohraničitelné trvání věcí, které je pramenem a počátkem všeho.

(36) Protože však jednička vytváří číslo a číslo je nekonečné, jednička nutně ve své moci není nijak omezena. Jednička je tedy v tvorbě čísel všemocná. Tvorba čísel je však tvorba věcí.<sup>49</sup>

Jednota je tedy všemocná v tvorbě věcí. A co je všemocné v tvorbě věcí, je všemocné jedinečně a jednoduše. Jednota je tedy všemocná. Jednota je tedy nutně božství.<sup>50</sup> Tolik o jednotě.

*Vznik rovnosti z jednoty* (37) Nyní je třeba uvést, jak z jednoty vzniká rovnost.<sup>51</sup> Vznik čísel z jiných čísel má v aritmetice mnoho podob a je velmi různý. Čísla totiž sama ze sebe a ze své substance rodí další čísla, např. dvojka znásobena sama sebou dává čtyřku, trojka devítku atd. Některá čísla zase vznikají vynásobením čísel jinými čísly, např. dvojka vynásobena trojkou dává šestku atd.

Při tvorbě čísel prvního typu vznikají tedy pouze čísla čtvercová, krychlová, kruhová či kulová, která zachovávají stejné rozměry stran.<sup>52</sup> Při tvorbě čísel druhého typu vznikají čísla, která mají jednu stranu o jednotku či o více delší než druhou,<sup>53</sup> nebo čísla jiných tvarů o nestejných stranách.<sup>54</sup>

(38) Prior igitur generatio rerum est eiusdem nature. Posterior uero rerum diuerse nature esse perhibetur. Item in priore quidem generatione binarius ex se duplum generat ternarius uero triplum quaternarius quadruplum et ita de ceteris. In posteriore uero generatione ordo iste seruari non potest.

Hec igitur duplex generatio circa unitatem potest reperiri. Et quidem per alios numeros multiplicata omnes numeros generat. Ex se autem et ex sua substantia nichil aliud generare potest nisi equalitatem cum alii numeri ex se multiplicati inequalitates producant. Unitas enim semel nichil aliud est quam unitas.

(39) Est igitur gignentis et geniti una et eadem substantia quoniam utraque uera unitas. Unitas enim per se nichil aliud gignere potest nisi eiusdem unitatis equalitatem. Nam cum equalitas inequalitatem precedat necesse est generationem equalitatis precedere.

Cum igitur unitas gignat utrumque et per quemlibet numerum multiplicata non possit gignere nisi inequalitatem necesse est ut gignat equalitatem per illud quod naturaliter omnes numeros precedit. At illud est unitas. Unitas igitur ex se et ex sua substantia nichil aliud gignere potest nisi equalitatem.

(40) Manifestum est ergo ex his que dicta sunt quod omnem numerum naturaliter precedit equalitas quam unitas ex se et ex sua

572 substantia generat. Nam cum generatio huius equalitatis unitati sit substantialis, unitas autem omnem numerum precedat, generationem quoque equalitatis omnem numerum precedere necesse est. Equalitas igitur et eius generatio omnem numerum naturaliter precedunt.

At id quod precedit omnem numerum – ut supra diximus – eternum est. Equalitas igitur unitatis et eius ab unitate generatio eterna est. At duo eterna uel plura esse non possunt. Unitas igitur et equalitas unitatis unum sunt.

(41) Quamuis autem unitas et eius equalitas sint una penitus substantia tamen quoniam nichil se ipsum gignere potest et alia proprietas est genitorem esse que proprietas est unitatis: alia uero proprietas est genitum esse que proprietas est equalitatis idcirco ad designandum has proprietates que sunt unitatis et equalitatis eterna identitate diuini philosophi uocabulum persone apposuerunt ita ut ipsa eterna substantia dicatur persona genitoris secundum hoc quod ipsa est unitas: persona uero geniti secundum hoc quod ipsa est equalitas.

(38) První typ je tedy vznikem věcí téže přirozenosti, druhý lze chápat jako vznik věcí různé přirozenosti. Při prvním typu tvorby čísel dvojka rodí svůj dvojnásobek, trojka trojnásobek, čtyřka čtyřnásobek atd. Při druhém typu tento pořádek nemůže platit.

Obojí typ tvorby čísel lze najít také u jedničky. Znásobena jinými čísly totiž dává všechna čísla. Sama ze sebe a ze své substance však nemůže zrodit nic než rovnost, zatímco jiná čísla násobena sama sebou dávají nerovnost. Jedenkrát jedna totiž není nic jiného než jedna.<sup>55</sup>

(39) Rodící i zrozené tak má jednu a touž substanci, neboť obojí je skutečná jednota. Jednota totiž sama ze sebe nemůže zrodit nic jiného než rovnost této jednotě. Neboť pokud rovnost předchází nerovnosti, nutně jí musí předcházet i zrození rovnosti.

Pokud tedy jednička rodí obojí a znásobena jakýmkoli číslem může zrodit jedině nerovnost, pak nutně rodí rovnost skrze to, co přirozeně předchází všem číslům, a to je jednička. Jednička proto sama ze sebe a ze své substance nemůže zrodit nic jiného než rovnost.

(40) Z toho, co bylo řečeno, je tedy zřejmé, že všem číslům přirozeně předchází rovnost, kterou jednota rodí ze sebe a ze své substance. Neboť poněvadž zrod této rovnosti vychází ze substance

jednoty, jednička však zároveň předchází všem číslům, pak také zrod rovnosti nutně předchází všem číslům. Rovnost a její zrod tedy přirozeně předcházejí všem číslům.

Jak jsme však již uvedli, co předchází všem číslům, je věčné. Rovnost jednotě a její zrod z jednoty jsou tedy věčné. Nemohou však být dvě nebo více věčných věcí. Proto jsou jednota a rovnost jednotě jedno.

(41) Ačkoli jsou však jednota a rovnost jednotě veskrze jediná substance, přece nic nemůže zrodit samo sebe a je jiná vlastnost být rodící, což je vlastnost jednoty, a jiná vlastnost být zrozený, což je vlastnost rovnosti. Proto k označení těchto vlastností, které ve věčné totožnosti náležejí jednotě a rovnosti, zavádějí filosofové zabývající se božstvím výraz „osoba“, tak aby se tato věčná substance jakožto jednota nazývala osobou plodícího a jakožto rovnost osobou zplozeného.<sup>56</sup>

Cum autem unitas rerum omnium primum et unicum esse sit, hec autem equalitas unitatis equalitas existit, necesse est igitur hanc equalitatem existentie rerum esse equalitatem i. e. modum quendam siue diffinitionem siue determinationem eternam rerum omnium citra quam uel ultra quam nichil esse possibile est.

Est igitur ipsa unitatis equalitas eiusdem unitatis quasi quedam figura et splendor. Figura quidem quia est modus secundum quem ipsa unitas operatur in rebus. Splendor uero quia est id per quod omnia discernuntur a se inuicem. Fine enim modoque proprio cuncta inuicem a se discreta sunt.

573 (42) Istum autem modum siue unitatis equalitatem antiqui philosophi tum mentem diuinitatis tum prouidentiam tum creatoris sapientiam appellauerunt. Preclare. Nam cum ipsa diuinitas sit ipsa unitas, ipsa igitur unitas rerum omnium esse unicum est. Quare unitatis equalitas modus quidam est ultra quem citraue nequit aliquid consistere.

At iste modus nichil aliud esse potest nisi prima et eterna sapientia. Illa enim sola est secundum quam esse uniuscuiusque rei determinatum est et ultra quam citraue nequit consistere rectum. Inde forme omnium rerum et measure habent existere.

Ubi rerum notiones continentur. Semper enim rei notitia in ipsius equalitate continetur. Si autem excesserit uel infra substiterit non est notitia sed falsa imaginatio dicenda. Ut enim dictum est equalitatem unitatis equalitatem existentie rerum esse necesse est. Omnem igitur notionem rerum in ipsa equalitate contineri uerum est.

Si autem non ipsa equalitate contineatur nec rei notio dicenda est. Inde enim notio alicuius rei dicitur eo quod sit ipsius rei propria descriptio qua a ceteris rebus discernitur ut nec intra permaneat nec ultra euagetur.

*Rovnost jednotě je výměrem všech věcí* Protože je však jednota prvním a jediným bytím všech věcí a tato rovnost je rovností jednotě, musí být tato rovnost rovností existenci věcí, tj. musí být jakousi mírou či výměrem či věčným určením všech věcí, mimo nějž či za nímž není možné, aby něco bylo.<sup>57</sup>

Rovnost jednotě je tedy jakýmsi obrazem a vyzářováním jednoty.<sup>58</sup> Obrazem proto, že je to způsob, jak jednota působí ve věcech. Vyzářováním pak proto, že jejím prostřednictvím se všechny věci rozlišují od sebe navzájem. Liší se totiž od sebe navzájem svým cílem a vlastní mírou.

(42) Antičtí filosofové nazývali tuto míru či rovnost jednotě někdy božskou myslí, jindy prozřetelností a ještě jindy moudrostí tvůrce.<sup>59</sup> Zcela právem. Neboť poněvadž jednota je božství samo, je tedy jednota jediným bytím všech věcí. Proto je rovnost jednotě jakousi mírou věcí, za níž nebo mimo níž nemůže nic existovat.

*Z rovnosti jednotě pocházejí formy, pojmy a míry všech věcí* Tato míra věcí pak nemůže být nic jiného než první a věčná moudrost. Jen podle ní je určeno bytí jedné každé věci a za ní či mimo ní nemůže existovat nic správného. Z ní mají svou existenci formy a rozměry všech věcí.

V ní jsou obsaženy rovněž pojmy všech věcí. Znalost věci totiž vždy spočívá v rovnosti této věci. Pokud by ji přesahovala nebo jí nedosahovala, nelze ji už nazvat znalostí, nýbrž mylnou představou. Neboť jak bylo již uvedeno, rovnost jednotě musí být rovnost existenci věcí. Platí tedy, že každý pojem věcí je obsažen v rovnosti samé.

Pokud by nebyl v rovnosti obsažen, nemůže být nazván pojmem věcí. Pojmem nějaké věci se totiž nazývá proto, že tuto věc náležitě popisuje a tím odlišuje od jiných věcí, tak aby za věcí ani nezaostával, ani ji nepřekračoval.<sup>60</sup>

(43) Sicut autem unaeque res ab unitate habet existere ita ab eius unitatis equalitate forma modus mensura uniuscuiusque rei procedit. Homo enim uel aliquid tale ideo est quia unum est. Si autem diuidatur interitum incurrit.

Similiter ab eiusdem unitatis qua homo subsistit equalitate forma hominis procedit. Si autem ipsi unitati qua homo subsistit aliquid apponatur uel inde diminuatur non est humanitas dicenda. Nisi enim equalitas existentie hominis uel lapidis uel alicuius alterius creature in aliqua materia existat ipsa res nullo modo potest existere.

Sicut igitur ipsa equalitas unitatis rerum notiones et intra se continet et ex se generat ita etiam illa eadem formas omnium rerum et intra se continet et ex se producit.

Et sicut ipsa unitas omnes numeros ex se procreat ita ipsa unitatis equalitas omnes proportionales et inequalitates omnium rerum ex se producit. Et in ipsam eadem omnia resoluuntur.

574 (44) Inde etiam rerum mensura et pondera et quicquid omnino est habet existere. Mensura enim omnis uel ab equalitate uel ab inequalitate habet existere. Utrum autem horum fuerit ab equalitate esse necesse est quoniam ipsa inequalitas ab equalitate existit.

Amplius: modus omnis medium est inter maius et minus. Si enim maius est excedit modum: si autem minus infra modum est. At omne id quod inter maius est et minus equalitas est. Modus igitur omnium rerum equalitas est. At mensura rei omnis ex modo est. Igitur ex equalitate. Idem de ponderibus ratiocinandum est.

Et quid per singula? Immo uniuersaliter affirmandum est ipsam unitatis equalitatem esse singulis rebus essendi formam. Quam rem satis assequitur si quis fugas subtilium rerum uelocitate ingenii potest comprehendere.

(43) Tak jako jedna každá věc odvozuje svou existenci od jednoty, podobně pochází její forma, míra a rozměr z rovnosti jednotě. Člověk či něco podobného je proto, že je jedno. Pokud by se rozdělilo, propadne zániku.<sup>61</sup>

Podobně forma člověka pochází z rovnosti téže jednotě, díky níž člověk trvá. Pokud by se k jednotě, díky níž člověk trvá, něco připojilo nebo od ní něco odňalo, nelze to již nazvat lidstvím. Pokud by ovšem rovnost existenci člověka či kamene nebo nějaké jiné stvořené věci neexistovala v nějaké látce, nemůže tato věc existovat vůbec.<sup>62</sup>

Jako tedy rovnost jednotě zahrnuje v sobě a ze sebe rodí pojmy věcí, podobně tato rovnost v sobě zahrnuje a ze sebe vydává formy všech věcí.

A jako ze sebe jednička tvoří všechna čísla, podobně rovnost jednotě ze sebe vydává všechny proporce a nerovnosti všech věcí. V ní se také všechny navracejí rozkládáním.

(44) Z ní rovněž odvozují svou existenci rozměry a váhy věcí a vůbec všechno, co je. Každý rozměr totiž odvozuje svou existenci buď z rovnosti, nebo z nerovnosti. Ať však z jedné nebo z druhé, nutně vždy z rovnosti, neboť sama nerovnost se zakládá na rovnosti.<sup>63</sup>

A navíc: míra je vždy střed mezi více a méně. Je-li to více, míra je překročena, je-li to méně, není jí dosaženo. Co je mezi více a méně, je však vždy rovnost. Mírou všech věcí je tedy rovnost. Rozměr každé věci se pak odvozuje z její míry, a tedy z rovnosti. Podobně je třeba uvažovat i o váhách.

Proč však probírat všechny jednotlivé případy? Lze zkrátka všeobecně říci, že rovnost jednotě je forma bytí jednotlivých věcí. Dostatečně to pochopí, kdo dokáže bystrostí svého důvtipu pojmut unikající jemné věci.<sup>64</sup>

(45) Si enim equalitas unitatis est equalitas existentie et equalitas existentie rei facit ipsam rem existere et ipsum esse rei circumscribit ac terminat quasi quedam lex et existendi eterna regula, non est dubium quin ipsa unitatis equalitas sit rebus omnibus forma essendi eterna ac formalis causa secundum quam artifex eternus modum existendi omnibus rebus constituit.

Cum autem unitatis equalitas sit existentie equalitas – ut predictum est – manifestum est eandem equalitatem esse ipsam rei ueritatem. Nichil enim aliud rei ueritas quam ipsius rei existentie equalitas ita ut animus ipsam comprehendens nec citra permaneat nec ultra euagetur.

(46) Si autem ultra uel infra animi comprehensio extiterit inde falsitas oritur cuius nulla est substantia cum ueritas rebus omnibus sit primum esse et prima substantia. Semper enim qui dicit ueritatem id quod est in re dicit. Qui autem falsitatem, extra rem euagatur.

Quando igitur ueritatis equalitas est huiusmodi qualem superior tractatus expressit inde manifestissime colligitur eandem ipsam equalitatem esse Uerbum deitatis. Nichil enim aliud est esse Uerbum deitatis quam eterna creatoris de omnibus rebus prefinio: quid  
575 quale quantum sit unaqueque earum uel quomodo se habeat in sua dignitate uel tempore uel loco. At huiusmodi prefinio equalitas existentie rerum est intra quam uel ultra quam nequit aliquid consistere.

(47) At huiusmodi equalitas unitatis equalitas est. Ueritas est modus rerum eternus et cetera que superior tractatus assignauit equalitati unitatis. Uerbum igitur deitatis unitatis equalitas est. At unitas deitas. Et ipsa unitas equalitatem unitatis gignit. Deitas igitur Uerbum.

De qua generatione quidam magnus philosophus ita dicit: „semel locutus est deus“. Ecce iste unitatis et Uerbi mentionem breuiter et aperte fecit.

Hactenus de equalitate unitatis. Nunc quomodo conexio equalitatis et unitatis ab utraque earum procedat explicandum est secundum disciplinas propositas.

*Rovnost existenci je pravda* (45) Je-li rovnost jednotě rovností existenci a rovnost existenci věci dává věci samé existovat a ohraničuje a vymezuje její bytí jako jakýsi zákon a věčné pravidlo existování, pak je rovnost jednotě nepochybně věčnou formou bytí všech věcí i formální příčinou, podle níž věčný tvůrce určil vlastní způsob existování všech věcí.

Protože však rovnost jednotě je rovností existenci, jak bylo již řečeno, je tato rovnost zřetelně také pravdou věci. Pravda věci není totiž nic jiného než rovnost existenci této věci, takže když ji duch pochopí, nezůstává za věcí ani pozadu, ani ji nepřekračuje.

(46) Pokud pochopení ducha věc nedosáhne nebo přesáhne, vzniká nepravda, která nemá substanci, neboť pravda je první bytí a první substance všech věcí. Kdo říká pravdu, říká totiž vždycky, jak se věci mají, kdežto kdo říká nepravdu, věc mívá.

*Rovnost–pravda je Slovo božství rovné jednotě, tj. božství* Je-li rovnost pravdy taková, jak bylo v předchozím pojednání vyloženo, je zcela jasné, že tato rovnost je Slovo božství. Být Slovem božství totiž není nic jiného než být věčným předurčením všech věcí ze strany tvůrce: totiž čím, jaká a jak velká má jedna každá věc být, jak se to má mít s jejím postavením, časem či místem. A toto předurčení je rovnost existenci věcí, za níž nic nemůže zaostávat ani ji překračovat.

(47) A tato rovnost je rovnost jednotě. Pravda je věčná míra všech věcí i všechno ostatní, co jsme v předchozím pojednání uvedli o rovnosti jednotě. Rovnost jednotě je tedy Slovo božství. Jednota pak je božství. A jednota rodí rovnost jednotě. Slovo je tedy božství.

O tomto zrození řekl jakýsi velký filosof: „Jednou Bůh promluvil“ (Ž 62,12). Tím učinil stručnou, ale jasnou narážku na jednotu a Slovo.

Tolik o rovnosti jednotě. Nyní je třeba v souladu s uvedenou naukou vysvětlit, jak pouto rovnosti a jednoty vychází z nich obou.<sup>65</sup>